



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Complices.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

C O M M O D A T U M . 123

Domino perit , nisi interueniat dolus , pa-
ctum, culpa, vel mora. num. 185.

Peccat qui commodatum non vult resti- G
tuere nisi solutis prius impensis , quas ipse
facere tenetur , nempe victus , & curationes
exigui pretij: secus , si sint maximi, ut curatio
ab aliquo morbo, vel inuestigatio. num. 186.

Commodatarius potest retinere com- H
modatum , pro recompensatione debiti li-
quidi. ibidem.

Licitum est aliquo pretio commodare
pecuniam ad pignus, vel ad ostentationem
diuitiarum. num. 226.

C O M M U N I O .

D A R A T V S ad communionem , si recor-
datur alicuius peccati mortalis , potest
differre confessionem ad euitandum scanda-
lum; tenetur tamen statim post communio-
nem confiteri. cap. 2. num. 8. & in Nouo n. 9.
vide plura, tit. Eucharistia.

C O M P L I C E S .

N O N sunt detegendi in confessione. c. 7.
n. 2. Licet taceatur circumstantia alijs
necessarij confitenda : Secus autem, quando
est probabile, detectionem talis circumstan-
tiae

124 COMPOSIT. CONCUB.

tiæ profuturam , & non obfuturam,num. 2.
& 8. Quando vero ex reuelatione circum-
stantiæ detegentur complices, quærendus
est alius confessor.num. 5.

Quando sint complices detegendi in con-
fessione iudiciali. vide tit.Iudex,& tit.Reus.

C O M P O S I T I O .

Compositio sufficit pro debitis incertis
adummodo nō sit indiscreta , vt si viginti
millia pro tribus vel quatuor millibus re-
mittuntur; sed procurans illam peccat. mort.
donec eam adipiscatur, si cùm possit non re-
stituat pauperibus.c. 17.nu.93.

Compositio non habet locum in fructi-
bus ab Episcopo male perceptis, ratione de-
fectus residentiæ.cap. 25.num. 121.

C O N C U B I N A R I V S .

AOn cubinarij vxorati , vel soluti , si ter-
admoniti ab Ordinario, concubinas non
eiicerint,nec ab earum consuetudine se se-
iunxerint,excommunicetur. Mulieres etiam
publicè viuentes cum suis concubinariis,
ter admonitæ non paruerint , ab Ordinariis
grauiiter puniantur , & extra oppidum , vel
diœcesim ciciantur.c. 16. num. 21.

Quando

